

Beiträge zur Kenntniss der Insektenfauna von Kamerun.

4.

Verzeichniss der von YNGVE SJÖSTEDT im nordwestlichen Kamerungebiete eingesammelten Hemipteren

von

C. J. EMIL HAGLUND.

(Mitgeteilt d. 8 Februar 1899 durch CHR. AURIVILLIUS.)

3.¹⁾

Fam. **Cercopidæ.**

Subf. **Cercopidæ.**

168. **Tomaspis binotata** DIST. TRANS. Ent. Soc. Lond. 1878.
p. 177.

Tota nigra, coxis femoribusque, præsertim posterioribus, dilutioribus, fuscis; tegminibus maculis duabus: una elongata basali clavi, altera rotundata pone medium corii flavis, aurantiacis seu rubris; alis fusciscentibus, medio paulo dilutioribus. ♂.

Long. corporis 8, c. tegm. 12, Lat. pronoti circ. 4, Exp. tegm. 24 millim.

Frons modice convexa, carina longitudinali levigata, distincta, utrinque sulcis 8—9 instructa; pronotum rugoso-punctatum, margine postico modice rotundato-emarginato; scutellum transverse strigosum; tegmina oblongo-elongata, dense punctata, macula basali clavi vulgo majorem partem clavi occupante, apice oblique

¹⁾ Erste Abteilung siehe Öfvers. Vet. Ak. Förh. 1894, n:o 8, p. 387; zweite Abteilung ibidem 1895, n:o 7, p. 445.

rotundato vel subacuminato a sutura clavi distinctissime determinata; in corium non transiente. Macula clavi interdum sublunata paulo ante medium sita, a basi remota, interdum plane deest et clavus ita totus niger. Color macularum in speciminibus rite explicatis forsitan semper ruber. Tibiæ posticæ bispinosæ, *spina basali obsoleta*. 2 ♂♂. (Congo, Sierra Leona, Gabun. Coll. mea).

Tomaspis binotata KARSCH Stettin. Ent. Zeit. 1894. p. 144. Taf. II. fig. 8 est alia species.

169. *Loeris maculata* FABR. Ent. Syst. IV. p. 48. 3. (1794). 3 ♂♂, 2 ♀♀.

Species colore valde varians.

Loeris affinis HAGL. n. sp. Subdepressa, rubra, nigro-variegata; tegminibus in specimine descripto rufescentibus, margine costali tenuissime et apicali ab apice clavi distinctius infuscatis; alis fusciscentibus. ♂. Long. c. tegm. vix 10 millim.

L. erythromelæ WALK., STÅL similis, minor, magis subdepressa, fronte minus convexa et producta, nec non colore bene distincta. Caput nigrum, vertice maculis tribus: una apicali obsoleta, duabus marginalibus ante oculos distinctioribus nec non margine postico subcalloso pone oculos rubris. Frons modice convexa, superne carina longitudinali obtusa et sulcis lateralibus nonnullis, minus distinctis, instructa, supra clypeum plana et levigata, nigra; parte levigata et clypeo ± rufescentibus. Pronotum postice rugoso-punctatum, nigrum, margine antico tenue et fascia media transversa, margine hujus postico undulato, rubris. Scutellum nigrum, apice ipso rufescente. Sterna nigra, suturis et marginibus ± rufescentibus. Abdomen subtus cinnabarinum, maculis lateralibus segmentorum ventralium minus distinctis et maculis subquadratis distinctissimis connexivi nigris. Tegmina dense punctulata. Pedes fusco-rubri, apice coxarum, femoribus supra, apice et spina tibiæ posticarum nec non tarsis ± nigricantibus.

Specimen unicum e Congo, DANNFELT.

170. *Loeris halurga* KARSCH, Stettin. Ent. Zeit. Jahrg. 55. 1894. p. 114. 85. 3 ♂♂, 5 ♀♀.

Ab omnibus affinibus scutello rubro statim dignota.

171. **Literna subfasciata** HAGL. n. sp. Tota rufa, unguibus nigris; tegminibus cinereo-pubescentibus; pubescentia fascias duas latas, postice divergentes, certo situ solum distinctiores formante; alis dilute fusco-flavescentibus. ♀. Long. corp. 6, c. tegm. 9,5, Exp. tegm. circ. 19 millim.

Species major. Frons a basi usque ad clypeum late longitrorsum excavato-deplanata, non solum lateribus, sed etiam excavatione media sulculis pluribus transversis, obsoletis, instructa. Pronotum postice rugosum. Anastomosis 1:a alarum deest apud exemplum descriptum.

172. **Literna intermedia** HAGL. n. sp. Testacea, pubescens, unguibus nigris; individua juniora tegminibus margine costali et apicali usque ad apicem clavi late roseis vel rufescentibus; individua bene colorata tegminibus fere totis rufescentibus, dimidia parte postica solum dilutiore; alis vitreis seu dilute fusciscentibus. ♂♀. Long. 5, c. tegm. 7,5, Exp. tegm. circ. 16 millim. *Excavatio frontis angusta, longitudinem totam frontis fere occupans.* Pronotum rugosum. Alæ anastomosi 1:a minus obliqua. 4 ♂♂, 1 ♀.

173. **Literna callosa** SIGN. in Thoms. Arch. ent. II. p. 330. 630. (1858). L. testacea STÅL, Hem. afr. IV. p. 63. 2. (1865).

Excavatio frontis angusta et brevis, oblonga, dimidium apicalem solum occupans. Pronotum rugosum seu punctato-rugosum. Anastomosis 1:a alarum valde obliqua.

Hæ tres species nec non *L. nigra* DE GEER tegmina paulo ante medium umbonata habent.

174. **Literna?** **apicalis** HAGL. n. sp. Nigra, pubescens, fronte, margine laterali pronoti pedibusque testaceis, his femoribus, apice tibiæ posticarum nec non unguibus ± infuscatis; tegminibus macula costali oblongo-triangulari, vitrea pone medium et fasciis duabus roseis ornatis, una anteapicali, valde irregulari, a margine costali exeunte, maculam vitream secante et dimidium tegminis attingente, altera apicali cum prima connexa, margine ipso apicali nigro. Long. c. tegm. circ. 5 millim.

Pronotum transversim punctato-rugosum. Tegmina, ut in *L. dimidiata* SIGN. vix umbonata. Frons in unico specimine mutilato, pessime conservato contusa.

Liorhinella N. G.

Caput parvum, valde arcuato-deflexum, fronte conico-producta, apice levigato, nitido. Vertex basi truncatus, antice rotundatus, margine, præsertim supra antennis, parum elevato, subcalloso. Ocelli valde approximati, ab oculis quam inter se plus quam duplo longiores. Clypeus convexus. Antennæ art. 2:o 1:o paulo longiore. Rostrum art. 2:o et 3:o fere æquilongis, coxas intermedias vix superans. Pronotum sexangulare, antice et postice truncatum, marginibus lateralibus anterioribus rotundato-sinuatis, angulis anticis subobtusis et lateralibus rotundatis. Scutellum fere æquilaterale, postice acuminatum, fovea rhombea discali instructum. Tegmina oblongo-ovata, venis minus distinctis, apice parce reticulato; clavo subtectiformi, vena clavi unica, fere recta, commissuram paulo ante apicem attingente. Alæ anastomosi 1:a parum obliqua. Pedes femoribus anticis posticis sublongioribus, tibiis posticis unispinis.

Genus *Liternæ* STÅL affine, structura capitis, pronoti et ceteris satis superque distinctum.

175. *Liorhinella nigra* HAGL. n. sp. Tota nigra, alis fusciscentibus. ♂. Long. 5, c. tegm. 8,5, Exp. tegm. 18 millim.

Pronotum fere leve, nitidum. Tegmina rugulosa. Segmentum genitale maris forcipe sat longa, sursum curvata instructum. 1 ♂.

Subf. Aphrophoridæ.

176. *Ptyelus grossus* FABR. Ent. Syst. IV. p. 47. 1 (1794). 1 ♂, 1 ♀.

177. *Poophilus* n. sp. *P. actuosus* STÅL valde similis et affinis. Vertex pronoto paulo brevior. Ab omnibus speciebus

Poophilorum mihi cognitis magnitudine, vertice magis producto etc. diversus. Femina unica. Long. c. tegm. fere 13 millim.

Species *Poophilorum* non nisi monographice tractandæ.

178. **Poophilus natalensis** STÅL, Öfv. Vet. Ak. Förh. 1855. p. 97. 6. 7 ♂♂, 8 ♀♀.

179. **Clovia Bigoti** SIGN. in Thoms. Arch. ent. II. p. 331. 631. Pl. 11 fig. 10. (1858). 1 ♂, 2 ♀♀.

Specimina e Camerun subtus pallida, vittis lateralibus solum nigris. Hæ vittæ e macula rotundata mesopleurarum ortæ, fere ad apicem frontis ductæ, antice conjunctæ et angulum acutum formantes. Cetera cum descriptione et figura congruentia. Frons medio, præsertim antice, sat fortiter punctata.

180. **Clovia multivittata** HAGL. n. sp. Nigra, vittis et maculis pluribus longitudinalibus et obliquis luteis notata. ♀. Long. c. tegm. 10 millim.

Caput nigrum, margine antico, præsertim distincte ante oculos, pallido. Signaturæ luteæ sequenti modo dispositæ: vitta media capitis usque ad apicem scutelli ducta; vitta lateralis pronoti in corium transiens; vitta a latere scutelli per clavum in corium desinens, apicem versus latior; maculæ 4 corii: 1:a costalis obliqua ante medium, antrorsum in costam ipsam extensa; 2:a etiam obliqua in medio corii prope marginem costalem, basi latior; duæ apicales versus apicem tegminis convergentes, a quibus anterior cum costa connexa et apicem versus attenuata. Angulus commissuralis obsolete nec non vitta arcuata a mesopleuris fere ad basin frontis ducta et ibidem arcum rotundum formans etiam lutea. Metasternum et pedes obscure testacea; femora et tibiæ anteriora ± infuscata. Frons medio parce punctata, *carina longitudinali instructa*.

♀. Valvulæ laterales apice flavo-maculatæ. Femina unica.

181. **Clovia apicata** HAGL. n. sp. Tota nigra, apice ipso subcalloso capitis pallido; alis vitreis, vix fusciscentibus. ♂♀. Long. c. tegm. 8,5, Exp. tegm. circ. 16 millim. 3 ♂♂, 2 ♀♀.

Frons magis convexa, medio fortiter punctata. A speciebus reliquis *Cloviarum* non solum colore sed etiam aliis notis paulum aliena.

Fam. Jassidæ.

Subf. Centrotidæ.

182. *Leptocentrus bos* SIGN. in Thoms. Arch. ent. II. p. 336. 640. (1858). 1 ♂, 6 ♀♀.

183. *Leptocentrus fasciatus* HAGL. n. sp. Niger, punctatus, nigro et cinereo-pubescent; tegminibus basi punctatis, nigro-fuscis, venis obscurioribus, fascia vitrea pone medium, paulo obliqua, a costa ad apicem clavi ducta. ♀. Long. c. tegm. vix 9 millim. *L. bovi* SIGN. similis et affinis, punctura pronoti densiore et fascia tegminum primo obtutu distinctus. Pronotum antice convexo-verticale, cornubus lateralibus fere ut apud *L. bovem* constructis, processu postico fere recto, forsitan paulo brevior. Scutellum et pectus glabra, non tomentosa. Rostrum inter coxas intermedias extensum. 3 ♀♀.

184. *Centrotus flagellifer* SIGN. in Thoms. Arch. ent. II. p. 336. 641. Pl. II. fig. 14. (1858). 2 ♀♀.

185. *Gargara variegata* SIGN. in Thoms. Arch. ent. II. p. 340. 647. (1858). 1 ♂.

186. *Gargara inconspicua* HAGL. n. sp. *G. variegata* affinis, minor, niger, fortiter punctata, griseo-pubescent; tegminibus vitreis, non fasciatis, basi punctata nigra et venis testaceis, pone medium obscurioribus, nigro-fuscis. ♂. Long. c. tegm. 3,5 millim. Carina processus postici distincta, antrorsum per pronotum non continuata. 1 ♂.

Subf. Jassidæ.

187. *Tituria Laboulbenii* SIGN. in Thoms. Arch. ent. II. p. 341. 649. (1858). 1 ♀.

Viva verosimiliter viridis. Margo lateralis posterior pronoti ante angulos posticos rotundatos paulo sinuatus. Tibiæ posticæ 4-spinosæ, spina basali minuta.

♀. Segmenta ventralia medio tenuissime longitudinaliter carinata, ultimum penultimum subæquilongum, lateribus medio vix longioribus, incisura triangulari media instructum.

Epiclînes obtusa WALK. List of Homopt. III. p. 832. 2. verisimiliter una eademque species.

188. *Petaloccephala Sjöstedti* HAGL n. sp. Pallide virescens tota, viva verosimiliter viridis, fortiter punctata; tegminibus apicem versus decoloribus. ♂. Long. c. tegm. 10 millim.

Caput pronoto multo longius, lineà media levigata distincta. Pronotum postice rotundato-sinuatum, angulis posticis rotundatis, antice canalicula media et impressionibus quatuor minus distinctis instructum; lateralibus anticis posticis multo longioribus. Apex tegminum regulariter rotundatus. 1 ♂.

Penthimidia N. G.

Corpus subdepressum. Caput parvum, pronoto multo angustius. Oculi rotundati, vix transversi, magni, prominuli, postice subsinuati, subreniformes. Vertex valde declivis, antice subverticalis, apice medio a fronte minus distincte separatus, lateribus præsertim ante oculos acute marginatis, superne carina funcata Y-formi in tres partes divisus; pars superior (posterior) fere septem-angularis, concava; partes laterales inferiores (anteriores) oblongæ, etiam concavæ, superne angustatæ et ante oculos in angulum valde acutum (apud marem acutissimum) desinentes. Ocelli non parvi, inter se quam ab oculis duplo remoti, infra carinas verticis laterales subsinuatas locati et his plane contigui. Frons horizontalis, paulo convexa, sublevis et sulculis paucis latis, minus distinctis instructa. Clypeus parvus, brevis, subquadratus. Genæ latæ. Antennæ articulo 1:o minuto, 2:o 1:o duplo longiore; seta modice longa, dimidium marginis lateralis anticæ pronoti attingens vel paulo superans. Pronotum antrorsum paulo declive, subsexangulare, sed margine antico cum lateralibus anticis conjunctim rotundatis, medio parte posteriore verticis duplo longius et basi capite cum oculis duplo latius, acute mar-

ginatum; lateralibus anticis posticis plus quam duplo longioribus; angulis lateralibus rotundatis; margine postico rotundato-sinuato; angulis posticis obtusis, rotundatis. Scutellum maximum, basi capite cum oculis latius, æquilaterale, antice rotundatum, apice acuto; ante apicem breviter carinatum, apud marem valde acute gibbosum, apud feminam subtectiforme et fasciculo horizontali, denso pilorum nigro-fuscorum (seu forsitan potius duobus fasciculis plane contiguis) ornatum; in lateribus scutelli, fere medio inter basin et gibbum, etiam fasciculus pilorum magis erectus adest. Abdomen deplanatum. Tegmina oblonga, corporis longitudine, areis corii magnis et distinctis: 2 discoidalibus, 4 anteapicalibus et 5 apicalibus; clavo lunato-elongato, margine scutellari et commisurali conjunctim rotundatis; apice clavi sub-obtusio. Vena clavi ante apicem furcata, paulo ante medium vena transversa cum sutura clavi conjuncta; appendice membranæ sat magno. Directio venarum in alis fere ut in *Penthimia*. Pedes elongati, femoribus \pm compressis, posticis apice incrassatis et spinis 5 validioribus, subcurvatis armatis; tibiis anterioribus setosis, posticis spinosissimis. Tarsi articulis 1:0 et 3:0 longitudine subæqualibus, 2:0 duplo longioribus; unguibus validis, curvatis; pulvillis valde distinctis.

♀. Vagina porrecta, pone apicem tegminum extensa.

Genus singulare *Penthimie* habitu et notis pluribus affine, structura capitis, scutelli nec non vaginæ et ceteris notis abunde et eximie distinctum.

189. *Penthimidia eximia* HAGL. n. sp. Nigro-fusca, nitida, capite, pronoto et scutello interdum nigris; tegminibus subvitreis, fulvescentibus, fasciis duabus minus regularibus, postice valde divergentibus fuscis ornatis; alis vitreis, vix flavescentibus. ♂♀. Long. c. tegm. fere 10, c. vagina 11. Lat. pronoti 3,5 millim. Pronotum antice subleve, postice et scutellum transversim subrugulosa. Pro- et mesopleuræ etiam rugulosæ; sterna et abdomen præterea levia.

♀. Segmentum ultimum abdominis profunde trilobatum; lobo medio tectiformi lateralibus augustiore et longiore, apice ob-

tuso. *Femina unica.* (♂. Gabun. Coll. mea.) Specimina descripta male conservata.

190. *Siva gravis* STÅL, Öfv. Vet. Ak. Förh. 1858. p. 453. 1; Hem. afr. IV. p. 112. 1. (1866).

Viva viridis. Femina unica.

191. *Wolffella Spinolæ* HAGL. n. sp. Supra nigro-fusca, subtus pallida; superne cum lateribus capitis et pronoti sat fortiter punctata, pronoto et scutello postice transversim rugosis; margine pronoti calloso, margine capitis, lateribus processus capitis fere usque ad medium, linea media longitudinali verticis obsoleta, apice scutelli, linea media infuscata excepta, nec non vitta dorsali abdominis flavo-albidis; tegminibus fuscis, apice paulo dilutioribus; alis vitreis, margine apicali et postico infuscatis; pedibus testaceis, apice tiliarum tarsorumque infuscatis. ♀. Long. ab apice capitis 15; Exp. tegm. vix 24 millim.

W. Caternaultii SPIN. similis et valde affinis, structura processus capitis statim dignota.

Caput triangulariter productum, apice verticis pone basin processus tuberculo minuto instructo. Frons subtus apice compresso-dilatato, lateribus carinula seu tuberculo oblongo, longitudinali, minus distincto instructis. Latera frontis sulculis 8—9 curvatis, antrorsum convexis, postice evanescentibus ornata. Processus capitis longus, gracilis, compressus, postice non laciniatus, a basi usque ad apicem sensim attenuatus, in arcum oblongum curvatus, apice acutissimo marginem posticum pronoti fere attingente, sed a pagina superiore pronoti valde distante. Tegmina venis clavi pone basin paulo approximatis, dein fere parallelis; postica apicem versus obsoleta et marginem commissuralem non attingente. Venæ alarum nigræ, ut in *Rhaphirhino* LAP. directæ. Stigmata abdominis nigra. Pedes tibiis posticis paucispinis; seriebus circ. 7—8 spinosis.

♀. Segmentum ultimum abdominis medio paulo obtuse productum, utrinque subsinuatum, angulis lateralibus obtuse angulatis seu subrotundatis. 2 ♀♀.

192. *Tettigonia nigrinervis* STÅL, Hem. afr. IV. p. 116. 3. (1866). 12 ♂♂, 18 ♀♀.

193. *Tettigonia typhlocyboides* SIGN., Ann. ent. de France, Sér. 3. II. p. 725. 250. Pl. 21 fig. 11. (1854). var. Femina unica, male conservata, non rite determinanda.

194. *Jassus (Coelidia) variabilis* HAGL. n. sp. Supra niger, vertice pallido, pronoto antice scutelloque albido-conspersis, marginibus lateralibus apiceque scutelli, metanoto nec non marginibus posticis segmentorum dorsalium abdominis pallidis; subtus pallidus, testaceus, maculis anticis pro- et mesopleurarum, macula angulata metapleurarum nec non segmento ultimo ventrali cum vagina nigris. Tegmina nigra, fasciis duabus, una ante medium regulari, altera anteapicali magis irregulari et postice magis obsoleta, macula obsoleta in angulo apicali postico nec non guttis venarum remotioribus et apicem versus majoribus albis. Guttæ apicales ut etiam fascia anteapicalis magis flavescens. Alæ fuscae, macula seu fascia transversa, abbreviata, subbasali decolore. Pedes testacei, coxis posticis macula nigra notatis; femoribus posticis nigro-lineatis; apice tibiaram, tarsis posticis nec non spinis tibiaram posticarum nigris. ♀. Long. 8, Exp. tegm. 17 millim.

♀. Segmentum ultimum abdominis nigrum penultimo non duplo longius, truncatum, lateribus vix sinuatis. Femina unica.

Var. b. Tegmina fusca, præter guttas in venis positas, pallido-conspersa; a fascia pallida restat solum macula costalis et commissuralis; macula alarum etiam minus distincta. 1 ♀.

Var. c. Ut var. b. sed magis infuscata tota. Nullum vestigium fasciæ pallidæ adest; macula basalis alarum obsoleta. 1 ♀.

Obs. *Jassus maculinervis* STÅL. Frons inter oculos vittis duabus abbreviatis rubris.

195. *Thamnotettix* sp.

Species pulchra. Femina unica. Specimen mutilatum a Afzelio e Sierra Leona reportatum etiam in Museo Holmiense adest.

Fam. Fulgoridæ.

Subf. Eufulgoridæ.

195. *Anephora sumptuosa* GERST. Mittheil. d. naturw. Vereins von Neu-Vor-Pommern und Rügen, Greifswald. p. 6. (1895). — *Aphæna torrida* WALK. List of Hom. II. p. 281. 28. 1851. (1851.) verisimiliter.

Femina unica.

Die hier citirten Beschreibungen von GERSTÄCKER und WALKER stimmen nicht vollständig mit dem einzigen mir vorliegenden Weibchen.

196. *Aphana novemmaculata* DIST. Trans. Ent. Soc. London 1878 p. 323. (1879). 1 ♂ (♂♀, VALDAU et KNUTSSON). Pars apicalis reticulata plus quam tertiam partem tegminis occupans. Macula apicalis scutelli unica.

197. *Aphana Distanti* HAGL. — *A. novemmaculata* KARSCH. Stettin. Ent. Zeit. 1894. p. 114—115. Taf. 2. fig. 1. verisimiliter.

Media inter *A. novemmaculatam* DIST. et *subflavam* KARSCH. *A. novemmaculatæ* præsertim valde similis et affinis, major. Testacea (viva viridis?), tarsis anterioribus et basi dorsi ± nigris. Maculæ nigræ pro- et mesonoti ut in *A. novemmaculata*, sed duæ maculæ apicales scutelli. Tegmina membrana costæ viridi, maculis decoloratis ± marmorea, parte dimidia basali interdum ± decolorata et parte apicali reticulata longiore, *multo* plus quam tertiam partem tegminis occupante. Pars basalis alarum sanguinea vel fulvescens (decolorata?) strigis basalibus et maculis 4—5 nigris ut in *A. novemmaculata* positis. ♀. Long. corp. 17, c. tegm. 25, Exp. tegm. 51 millim. 4 ♀♀.

Aphana basiflava KARSCH. Berlin. Ent. Zeitschr. 1890. p. 62. Taf. II. fig. 5. 1 ♀. Congo, DANNFELT.

Trotz eifriger, wiederholter Bemühungen war es mir unmöglich die Westafrikanischen *Aphana*-Arten nach KARSCH'S Erörterungen und Figuren in Stettin. Entom. Zeitung 1894 zu

deuten. Die Bestimmungstabelle mit den Beschreibungen sind teilweise unrichtig und die Tafeln sind schlecht und stimmen nicht mit den Beschreibungen überein. Die Art, die ich hier *novemmaculata* nenne, stimmt meiner Meinung nach am besten mit DISTANT's Beschreibung. *A. basilactea* KARSCH loc. cit. p. 115. Taf. II. fig. 3 steht, wie es scheint, der *A. novemmaculata* DIST. ausserordentlich nahe, der Abbildung nach könnte man beinahe glauben, dass dieselbe eine *novemmaculata* mit verbleichten, decolorirten Hinterflügeln wäre. Möglicherweise habe ich mich doch auch geirrt, da ich keine Typen gesehen habe.

Subf. Dictyopharidæ.

198. *Simotettix Zephyrus* GERST. loc. cit. p. 14. 1 ♂, 2 ♀♀.

199. *Dictyophara elliptica* WALK. List of Hom. II. p. 312. 23. (1851). — STÅL, Hem. afr. IV. p. 157. 6. — *D. africana* STÅL, Hem. afr. IV. p. 157. 7. (1866). 1 ♂, 2 ♀♀.

200. *Dictyophara serena* STÅL, Hem. afr. IV. p. 158. 8. (1866).

Marginibus verticis ante oculos, lateralibus pronoti, antico regularum nec non costali tegminum ad medium aurantiacis. 1 ♀.

201. *Dictyophara frontata* HAGL. n. sp.? *D. castæ* STÅL, ut ovum ovo similis, processu capitis paulo brevior, *apice nigropunctato*; venulis stigmatis 2—3 (*castæ* 3—5), ab ea solum differt. Verisimiliter ejus varietas.

Subf. Cixiidæ.

Brixidia N. G.

Inter affines major. Vertex brevis, postice paulo dilatatus et profunde angulato-sinuatus, lateribus marginatis, subdilatis. Oculi magni rotundi. Ocelli tres. Antennæ art. 1:o brevi, 2:o crassiusculo duplo longiore quam latiore, seta elongata, antenna fere 4:plo longior. Frons et clypeus elongata, angusta; illa sursum angustata, carina media apicali destituta. Clypeus medio carinatus inter coxas anticas extensum. Rostrum longissimum,

gracile, apud marem segmentum genitale apud feminam marginem posticum segmenti 3:tii ventralis attingens, articulo ultimo longissimo. Pronotum brevissimum, antice productum, postice angulato-marginatum. Mesonotum vertice cum pronoto multo longius, tricarinatum, carina media postice abbreviata, ultra medium pronoti extensa. Abdomen subcompressum. Tegmina apicem versus dilatata, stigmatum majusculo, per costam ad apicem tegminis continuato, ruguloso; venis: radiali et ulnari 1:ma basi contiguas; radiali et ulnari 2:a in tertia parte basali tegminis furcatis, radiali paulo ante ulnarem 2:am; ramis venarum deinde fere in medio et pone medium iterum furcatis; areis discoidalibus 2, anteapicalibus 6, 1:a et 6:a ceteris duplo longioribus, apicalibus, præter aream stigmaticalem (pone stigma sitam) rhombeam, circ. 13 parallelis vel subparallelis, 5:a breviter petiolata; anastomosibus discalibus 2 obliquis, anteapicalibus 6 verticalibus vel subverticalibus; venis parce setosis, præsertim in parte basali tegminum; setæ non breves. Alæ venis 1:a et 2:a valde distantibus, anastomosi longa subverticali conjunctis; tres furcæ in apice alarum adsunt. Pedes graciles, valde elongati, præsertim coxæ anteriores et tibiæ posticæ, femoribus triplo longiores, inermes. Tarsi postici art. 1:no duobus apicalibus ad unum multo longiore.

Brixia STÅL affine genus sed venis tegminum non granulatis et earum directione aberrante distinctum.

202. **Brixidia nebulosa** HAGL. n. sp. Obscure testacea tota, abdomine supra obscuriore, tegminibus fusco-flavescentibus maculis et fasciis fuscis nebulosis; macula transversa anteapicali clavi in corium oblique continuata, alia pone apicem clavi, stigmatum, anastomosibus nec non fasciis duabus apicalibus, valde approximatis, interna subrecta, obsoleta, externa distincta, curvata, inter angulos apicales tegminis ducta, maculam magnam sublunatam in ipso apice relincente; alis fuscescentibus basi antice dilutioribus. ♂♀. Long. corp. 7. Exp. tegm. 17 millim.

♀. Segmentum genitale, processu cylindrico dorsali et vagina libera, elongata, sursum curvata, forcipem nigram verticalem simulans. 1 ♂, 2 ♀♀.

Subf. *Delphacidæ*.

203. *Hapalomelus incertus* SIGN. in Thoms. Arch. ent. II. Pl. 9. fig. 10, sine descriptione.

Femina unica mutilata et male conservata, non rite describenda. *H. flavipedi* STÅL similis, paulo major, alatus.

Subf. *Achilidæ*.*Achilla* N. G.

Caput verticale. Vertex c. oculis mesonoto medio paulo angustior, triangularis, postice subtruncatus, medio et antice carinatus. Oculi oblongo-rotundati, non transversi, subverticales. Frons lata, clypeum versus sensim paulo attenuata, cum vertice, a latere visa, convexa, longitudinaliter impressa, sed carina percurrente, valde distincta instructa. Latera verticis et frontis carinata. Clypeus subhorizontalis, brevis, triangularis; labrum tectiforme. Rostrum brevissimum, crassum, apicem coxarum anticarum vix attingens, articulo ultimo brevissimo. Genæ latæ. Pronotum breve, postice paulo angulato-emarginatum, medio carinatum. Mesonotum longum, tricarinatum, carinis lateralibus percurrentibus, media ante scutellum abbreviata. Abdomen paulo depressum. Tegmina oblonga, apicem versus vix latiora, membrana costæ valde angusta; venis crassis, præsertim radiali, \pm carinatis; radiali cum ulnari 1:ma basi conjuncta ramum subcostalem iterum furcatum ad stigma emittente; ulnari 1:a medio, 2:a longe ante medium tegminis furcatis; area costali lata præter ramum anticum venæ subcostalis enervi; regione stigmaticali venulis 9—11 subparallelis vel marginem versus \pm divergentibus, rarissime furcatis, apice subreticulata, areis paucis 3—6 instructa; areis apicalibus 10—11, tertia et quinta subpetiolatis vel basi acutis, 3:a interdum longe petiolata, interdum solum 4:a seu 5:ta basi acuta; vena clavi antica (1:ma) S-formi sub-

curvata cum postica (2:a) submarginali, carinata paulo ante apicem obtusum conjuncta. Alæ subamplæ, venis circ. 15 marginem attingentibus. Pedes coxis anterioribus elongatis, tibiis anticis femoribus subæquilongis, femoribus trochanteribusque ad unum multo brevioribus; tibiis canaliculatis, posticis unispinosis. Tarsi postici art. 1:o duobus apicalibus ad unum longiore. Genus structura capitis et thoracis *Seviam* commemorans, notis expositis ab omnibus affinibus satis superque dignotum.

204. *Achilla marginatifrons* HAGL. n. sp. Tota nigra, marginibus lateralibus verticis et frontis supra medium, lateralibus pronoti angustissime, metasterno cum pleuris nec non maculis nonnullis minutissimis anastomoses simulantibus apicem tegminum versus pallidis. ♂♀. Long. corp. 6—7, Exp. tegmin. 17—20 millim. 3 ♂♂, 3 ♀♀.

205. *Achilus costalis* HAGL. n. sp. Niger, capite, pronoto, sternis, abdomine subtus, pedibus, area costali et stigmatali nec non parte dimidia posteriore clavi flavescens; colore pallido clavi in corium paulo continuato; anastomosibus apicalibus tegminum decoloribus. ♀. Long. corp. 7, Exp. tegm. circ. 23 millim.

Tegmina venis subcarinatis; radiali cum ulnari 1:a basi conjuncta mox ramum subcostale, non furcatum ad stigma emittente; ulnari 1:a mox pone, 2:a longe ante medium furcatis; regione stigmatali venulis obliquis 5—6 indistinctis; areis anteapicalibus 6, apicalibus 9; clavo brevi postice dilatato, venis, præsertim 1:a, curvatis, mox ante apicem obtusum conjunctis. Femina unica mutilata.

206. *Achilus? collaris* HAGL. n. sp. Niger, marginibus postico et laterali calloso-foveato pronoti, vertice, fronte supra medium nec non genis antennisque flavescens; metasterno cum pleuris, coxis anticis tibiisque posticis ± pallidis; anastomosibus et litura longitudinali anguli apicalis postici tegminum decoloribus. ♀. Long. corp. circ. 8, Exp. tegm. 22 millim.

Margo lateralis pronoti juxta oculos callosus et fovea ovato-rotundata instructus; structura (monstrosa, abnormis?) valde singularis, antennam secundam superam primo intuitu mentiens.

Frons sub antennas paulo dilatata, lateribus ut etiam verticis explanato-dilatatis. Venæ tegminum crassæ, radialis carinata a basi ramum subcostalem, iterum furcatum ad regionem stigmatis emittens; radialis et ulnaris 1:a basi contiguæ; ulnaris 1:a mox ante medium, 2:a longe ante medium furcatæ; areæ apicales circ. 10, subæquales, quadrangulares. Venæ clavi subrectæ, longe ante apicem subobtusum conjunctæ. Alæ venis circiter 12 marginem attingentibus. 1 ♀.

Subf. *Tropiduchidæ*.

207. *Tropiduchus sobrinus* STÅL, Öfv. Vet. Ak. Förh. 1854. p. 248. 1. — Hem. afr. IV. p. 189. 1. — *T. togatus* GERST., loc. cit. p. 15. verisimiliter. 1 ♂.

208. *Tropiduchus centralis* GERST., loc. cit. p. 16 verisimiliter. 2 ♂♂, 6 ♀♀.

209. *Tropiduchus immaculatus* HAGL. n. sp. *Tropiducho centrali* GERST. similis et affinis sed dimidio minor, testaceus; carinis verticis et thoracis obsolete, membrana costæ, apice areæ costalis, margine apicali tegminum late obscurioribus; alis dilute fuscescentibus, apice obscurioribus. ♂. Long. corp. 4,5, c. tegm. 5,5, Exp. tegm. circ. 12 millim. 2 ♂♂.

Subf. *Derbidæ*.

210. *Thracia* sp. *Sinuosa* BOH. affinis. Feminam unicam valde mutilatam describere non possum.

211. *Thracia* sp. Ad divisionem aa in Hem. afr. pertinet. 1 ♀.

212. *Thracia* sp. Forsitan mas præcedentis? 1 ♂.

Thracia apicalis HAGL. n. sp. *Thraciæ lanio* STÅL colore et magnitudine simillima, rufo-testacea seu aurantiaca, nitida, pedibus dilutioribus, tibiis vix infuscatis; basi costæ, *vena radiali*, margine apicali tegminum hyalino-flavescentium nec non *macula apicali ventris quadrata seu rhombea* nigris; 4:a parte apicali

tegminum distincte infuscata sed margine postico basali *pallido*, *non infuscato*. 1 ♀. Sine capite. Congo, DANNFELT.

Thorax levis, minus distincte carinatus. Alæ ante medium ad marginem anticum macula minuta, rotundata, nigro-fusca, ut in *Lanio* STÅL notatæ.

Thracia lanius STÅL. Tegmina hyalina, fusco-flavescentia, ad costam saturatius, vena radiali *aurantiaca*, tertia parte basali costæ, margine apicali et *postico* nigris; basi coste et margine apicali magis conspicue.

213. **Novum Genus et nov. species.** *Thraciæ* affine genus, fronte obtuse triangulariter producta. ♀ unica, valde mutilata.

214. **Phenice fasciolata** BOH. Vet. Ak. Handl. 1837 p. 228. 4. Pl. 7. fig. 10. (1838). 1 ♂.

215. **Phenice fritillaris** BOH. loc. cit. p. 227. 3. Pl. 7. fig. 8. 1 ♂, 2 ♀♀.

216. **N. G. et n. species.** *Derbi* FABR. (*Mysidiæ* WESTW.) affine. ♀ unica.

217. **N. sp.** *Mysidiæ* WESTW. affinis.

Obs. *Derbidæ* sine figuris non tractandæ.

Subf. Lophopidæ.

Elasmoscelis trimaculata WALK., List of Hom. II. p. 403. 2. (1851). — STÅL, Hem. afr. IV. 201. 2. (1866). 1 ♀. Congo, DANNFELT.

Subf. Eurybrachidæ.

218. **Metoponitys?** *caudata* HAGL. n. sp. Nigro-fusca, testaceo-nebulosa, margine frontis indistincte, fasciis transversis pluribus angustis frontis, una basali et macula laterali clypei nec non serie laterali callorum rotundorum, minutissimorum, numero circ. 7—8, frontis carinisque thoracis ± testaceis; pleuris et coxis posticis ± pallidis; margine postico segmentorum ventralium, basi tarsorum anteriorum, marginibus femorum anteriorum, obsolete testaceo-maculorum tenuissime et antico tibiaram posticarum ±

testaceis. Oculi non spinosi. Frons longitudinaliter rugosostrigosa, sine area media marginata. Rostrum inter coxas medias extensum. Tegmina elongata, extrorsum valde angustata, caudata, testacea, fusco-conspersa, apice nigro, in speciminibus exsiccatis extrorsum semispiraliter contorto; macula costali ante medium, obliqua, rhombea, dimidium tegminis non attingente, fascia irregulari ante-apicali cum nigredine apicis connexa nec non parte posteriore basali clavi nigris; maculis circ. 6—7 costalibus transversis seu obliquis, inæqualibus ante apicem dilutis, albidis: 1:a maxima, 2:a (interdum 2:a et 3:a) minima, comma-formi, ultima elongata, marginem costalem fere ad apicem occupante. Clavus postice subdilatatus, apice clauso, venis duabus curvatis, ante apicem in unam conjunctis, suturam mox ante apicem attingentem. Alæ fusco-nigræ, area anali angustata, lineari, parcissime reticulata. Dorsum nigrum, basi utrinque testacea. Tibiæ omnes utrinque parum dilatatae, posticae 3-spinosae. ♀. Long. 7—8, c. tegm. circ. 12, Exp. tegm. circ. 24 millim.

Femina unica. (Gabun. Coll. mea).

Subf. *Issidæ*.

Gergithomorphus N. G.

Corpus valde convexum, semiglobosum. Caput latum, vertice postice rotundato-sinuato, antice truncato et fortiter marginato, oculis plus quam duplo latiore. Oculi rotundati. Ocelli non distincti. Frons magna, lata, convexa, subquadrata, a basi apicem versus paulo dilatata, lateribus marginatis, clypeum versus rotundatis. Clypeus horizontalis, triangularis, parum convexus, medio carinatus. Rostrum art. 2:o 3:o duplo longiore, coxas intermedias paulo superans. Tegmina valde convexa, minus distincte venosa, fere levia, venis longitudinalibus: radialis et ulnari 2:a mox furcatis, ulnari 1:a pone medium; ramo anteriore ven. radialis iterum subfurcato et ita in medio tegminis 6 venæ longitudinales adsunt; venis transversis (anastomosibus) paucis,

obliquis; margine tegminum apicali a regione stigmatis fere ad apicem clavi areis minutis inæqualibus, parum distinctis; clavo parvo, rhomboideo, sutura clavi brevi, valde distincta, venis obsoletis, ante apicem conjunctis. Alæ margine costali sinuato et apicem versus paulo dilatatae, subspatulatae, venis valde distinctis, in apice reticulum irregulare, non densum formantibus. Areæ reticuli valde inæquales, numero circ. 14—16. Pedes simplices non dilatati, femoribus subcompressis; tibiis posticis ante apicem bispinosi; tarsis posticis art. 1:o duobus apicalibus ad unum vix longiore.

Genus *Gergitho* STÅL habitu simile sed structura capitis et ceteris longe diversum.

219. *Gergithomorphus fasciatifrons* HAGL. n. sp. Flavescens nitidus, fasciis duabus frontis, supera obsolete, clypeo, maculis tribus minutis genarum, coxis anterioribus, basi femorum præsertim anteriorum et macula tiliarum anticarum nigris; marginibus segmentorum dorsalium abdominis nec non connexivo rubris; abdomine superne et segmento genitali ± infuscatis; alis paulo fusco-flavescentibus. ♀. Long. c. tegm. 5, Exp. tegm. circ. 12 millim. 1 ♀. (Congo, Kulu; Coll. mea.)

Apud specimen e Congo pars costalis tegminum infuscata.

Camerunilla N. G.

Corpus subdepressum, glabrum. Vertex sublunatus postice vix angulato-sinuatus, ante oculos paulo productus, oculis duplo latior, medio latitudine plus quam dimidio brevior. Frons valde declivis, elongata, apicem versus sensim paulo rotundato-dilatata, lateribus obtuse marginatis nec non carina media lata, obtusa, in clypeum transiente et utrinque tuberculis 4 (carina obtusa in 4 partes soluta), infimo elongato maximo, ceteris minoribus rotundatis, supremo minimo instructa. Clypeus subconvexus, lateribus, ima basi excepta, obtusis. Rostrum art. 2:o elongato 3:o triplo longiore, pone coxas intermedias extensum. Pronotum antice valde triangulariter productum, marginibus callosis, carina media

lata, obtusa et foveolis duabus parvis instructum. Mesonotum pronoto paulo longius, obtuse 3-carinatum, carinis lateralibus curvatis, antice conjunctis, arcum rotundatum formantibus; ante apicem impressione transversa minuta. Tegmina cartilaginea, granulis minutis dense sparsa et venis valde distinctis, carinatis; radiali ante medium furcata, ramo anteriore versus apicem corii continuato, ramellum obsoletum stigma versus emittente; ulnari 1:a simplici, ulnari 2:a ante medium et paulo pone furcam radialem obsolete furcata, ramo posteriore nempe minus distincto; venis in apice tegminum anastomosibus paucis, minus distinctis conjunctis, areas nonnullas (7—8) antepicales et apicales formantibus; venis clavi, 1:a subcurvata, pone medium in unam, in apicem ipsum acutum evanescentem, conjunctis. Alæ apice paulo incisæ seu emarginatæ, area anali subampla, dimidio alæ multo longiore; venis duabus versus incisuram apicalem currentibus totis distantibus; ante apicem in disco anastomosibus 3 et in angulo apicali antico areis inæqualibus 4 instructæ. Pedes non dilatatæ, femoribus subcompressis, tibiis posticis 3-spinosis; tarsis posticis art. 1:o duobus apicalibus ad unum longiore.

Genus singulare *Flavinæ* STÅL non absimile sed structura capitis thoracisque, alis non reticulatis et tibiis posticis 3-spinosis abunde diversum; conformatione capitis thoracisque generum nonnullarum *Tropiduchidarum*, habitu *Acrometopi* et etiam *Lyncidis*, generis *Dictyopharidarum* memoriam revocans.

220. *Camerunilla fusco-varia* HAGL. n. sp. Testacea, subnitida, granulis tegminum concoloribus, maculis 4 verticis, foveis minutis pronoti, maculis 4, intermediis punctiformibus, mesonoti; costa, macula magna subtriangulari costali et macula irregulari ante-apicali nec non basi et apice clavi tegminum fusco-nigris; alis fuscescentibus, præsertim apicem versus; pedibus obscure testaceis, femoribus tibiisque \pm infuscatis. ♀. Long. c. tegm. 9, Exp. tegm. circ. 18 millim. Femina unica.

Subf. **Ricaniidæ.**

221. *Pochazia fasciata* FABR., Syst. Rhyng. p. 47. 8. (1803).
1 ♂, 3 ♀♀.

222. *P. fasciata* var. *divisa* MEL., Verh. Wien. z. b. Ges.
Bd. 48. p. 384. (1898). 7 ♂♂, 6 ♀♀.

223. *Epitemna retracta* WALK., List of Hom. II. p. 416.
22. Pl. III. f. 3. (1851, 52). (Flatoides.) 1 ♀.

224. *Epitemna* var. *marginalis* MEL. loc. cit. p. 390. 1 ♀.

225. *Epitemna fusco-ænea* MEL. loc. cit. p. 390. 1 ♀.

226. *Epitemna duplicata* MEL. loc. cit. p. 390. 6 ♂♂, 10 ♀♀.
Apex tegminum apud marem rotundatum, non truncatum.

227. *Ricanopsis semihyalina* MEL. loc. cit. p. 391, var.?

Der Basalteil der Flügeldecken braunschwarz ohne gelben
Fleck. Clavus ganz schwarz und die schwarze Färbung steigt
am Ende des Clavus in der Linie der Apikalanastomosen (der
zweiten Subapikallinie MEL.) etwas auf; ein kleiner Stigmafleck
vorhanden; die übrigen von MELICHAR angegebenen Flecke und
Punkte fehlen ganz. 1 ♀.

228. *Ricanoptera pulchella* MEL. loc. cit. p. 392. 1 ♂,
2 ♀♀.

229. *Ricanoptera ordinata* MEL. loc. cit. p. 393. 1 ♂.

Mehrere der hier nach MELICHAR citirten Bestimmungen sind
nicht ganz sicher, da dieselben nicht vollkommen mit seinen vor-
läufigen Diagnosen stimmen. Diese Diagnosen sind indessen sehr
kurz. Die erwartete Monographie wird wahrscheinlich alle Zwei-
fel aufklären.

Subf. **Flatidæ.**

230. *Phromnia pallida* OL., Enc. méth. VI. p. 575. 42
791). Var. a. 1 ♀; var. b. 1 ♀.

231. *Phromnia rubrotincta* HAGL. n. sp. Minor, flavo-
virescens vel ± rubescens, maculis duabus longitudinalibus meso-
noti, margine costali et apicali nec non maculis nonnullis irregula-

ribus ante medium tegminum sanguineis et præterea umbone areæ radialis, lituris 2 disci et maculis 3 rotundis in serie transversa anteapicali sitis decoloribus seu virescenti-opalinis; alis lacteis; tarsis interdum rufescentibus. ♀. Long. corp. 8—9, Exp. tegm. 30 millim.

Maculæ sanguineæ interdum plane desunt. 5 ♀♀.

Flatida N. G.

Caput fronte et clypeo subplanis medio carinatis, lateribus frontis ante oculos subsinuatis. Oculi subrotundati. Ocelli desunt. Antennæ articulis 1 et 2 oblongo-elongatis, æquilongis. Pronotum antice paulo productum, verticem brevem tegens; mesonotum obsolete tricarinatum, carina media abbreviata, postice evanescente. Tegmina valde coriacea, fere semicircularia, margine postico recto, angulo apicali postico etiam rotundato; membrana costæ lata, basi parce reticulata, venulis nempe basi anastomosantibus, extrorsum ± furcatis; præterea tota, etiam area antica (suturali) clavi, sat dense reticulata; vena radiali valde carinata, ante medium furcam distinctissimam carinatum formante; a ramo postico furcæ plures venæ, 2 magis distinctæ apicem tegminis versus ductæ; area media clavi pone medium venulis paucis ± obliquis; venis clavi mox ante apicem conjunctis. Tibiæ posticæ ante apicem bispinosæ; spinæ approximata, minus distinctæ, præsertim supera. Tarsi postici art. 1:o et 2:o brevibus, æquilongis, ultimo 1:o et 2:o ad unum subæquilongo.

Genus structura tegminum ab omnibus generibus cognitis *Flatidarum* discedens et primo intuitu dignotum.

232. *Flatida fureigera* HAGL. n. sp. Flavo-virescens, alis lacteis. Long. circ. 10, Exp. tegm. 33 millim. 2 ♂♂, 1 ♀. Mas unicus solum rite explicatus.

233. *Flata unipunctata* OL. Enc. méth. VI. p. 576. 45. (1791). 1 ♂, 2 ♀♀.

234. *Flata* sp. ♂♀. Specimina male conservata et mutilata.

235. *Flata adscendens* FABR. Syst. Rhyng. p. 46. 5. (1803).
— STÅL, Hem. afr. IV. p. 242. 2. 3 ♂♂, 3 ♀♀.

236. *Flatoides Ståli* HAGL. n. sp. Magna, flavescens, tarsi rufescentibus; apice frontis, linea curvata ante medium, maculis punctisque nonnullis tegminum, præsertim apicem versus, brunneis, maculis duabus majoribus, una costali altera subcostali, fere coeuntibus; alis lacteis. ♀. Long. corp. 17, Exp. tegm. circ. 44 millim.

Caput angulo apicali acuto, apice ipso subrotundato. Ocelli distincti. Frons ecarinata, marginibus lateralibus infra medium ante antennas obtuse sinuato-dentatis, a supero visis parum prominentibus. Tibiæ posticæ spina supera minima, obsoleta. 1 ♀.

237. *Atracis fæcaria* STÅL, Hem. afr. IV. p. 251. 2. (1866.)
1. ♀.
